

ANNOTA

TIONES IN PRIMVM LIBRVM.

IN PRAEFATICNE.

Agisq; Oribasium.) Hęc sententiã ex his quę paulo ante capitum enumerationem habentur ita reddidi. Ad uerbum autem insinat. Quum plures egregios auctores perlegissem magisq; Oribasium, qui & ipse uniuersum librum in quo totam sanitatis tuę dę rationem comprehendimus, ex aliis scriptis excerpserit, quã uero comprehendimus male congruat, quilibet potest uidere; & si in hunc modum omnia habeant exemplaria. Quare si hęc placet sententiã, διὰ τὸ μὲν ἐν δὲ ἄλλοις, hoc est comprehenditur mutandum est. atque sic reliqua conuenient.

Folio. 1. a linea 4

Nausea.) Gręce est $\pi\epsilon\tau\iota\sigma\tau\alpha\iota\epsilon\iota\upsilon$, quod significat $\kappa\iota\upsilon\epsilon\iota\upsilon$. & $\tau\alpha\rho\alpha\iota\sigma\tau\alpha\iota\epsilon\iota\upsilon$, hoc est commouere, & turbare.

Linea. 16

Præcordia.) Gręci u $\pi\epsilon\chi\omicron\sigma\iota\delta\iota\alpha$ proprie appellant præcordia, teste Celso. Plinius tamen phrenas quoque Gręce uocari scribit. Barbari uertunt u $\pi\epsilon\chi\omicron\sigma\iota\delta\iota\alpha$, illa quę $\kappa\omicron\iota\omega\iota\delta\iota\alpha$ & $\lambda\omicron\epsilon\sigma\iota\delta\iota\alpha$ dicuntur. Paulus hic pericardion superiorem præcordiorum partem, qua os uentriculi est, (nam ueteres hoc etiam cardian, hoc est, cor uocabant) intelligit. Linea enim decimaquarta hypochondria iubet lana contegi. Galeus certe pericardion, cordis inuolucrum, siue membranã qua cor inuoluitur, appellat

Linea. 18

Per se.) Gręce $\kappa\omicron\iota\omega\iota$, hoc est communiter. Solent huiusmodi seorsim applicari frequenter, eoq; communiter dicitur: raro cum palmulis & uino ueteri.

Folio. 3. a linea 8.

Cibus solidior.) Gręce solum $\sigma\tau\iota\omicron\iota\sigma$ est, quod signat cibum. Verum relatione lactis & mellis qui & ipsi cibi sunt, alii nepe caro, panis, similiaq; solidiores recte dicuntur.

ANNOTATIONES.

Folio. 3 a linea. 6

Oleo diiscocto.) Græce est $\alpha\pi\phi\theta\varsigma$ quod posset exponi, *cu*
do, non cocto, quemadmodum $\alpha\pi\lambda\iota\alpha$ cruditas, quo modo
in tertio libro semel interpretatus sum. Verum penitius re
considerans, inueni $\alpha\pi\phi\theta\iota\omega$ idem esse quod $\pi\lambda\lambda\alpha\prime\eta\iota\varsigma\ \iota\omega\delta\epsilon$
 $\mu\epsilon\gamma\alpha\ \lambda\omicron\varsigma\ \epsilon\prime\phi\theta\omega$, ut Latinis discoctum, probe coctum. Suidas
eodem modo exponit. Præterea non uideo, quo pacto
cera in oleo non cocto possit liquefieri, quod Paulus
præcipit.

Folio. 5 a linea. 3

Rubescat.) Græce est, $\delta\ \tau\omicron\ \tau\prime\ \chi\rho\omicron\iota\omicron\varsigma\ \epsilon\prime\ \alpha\mu\theta\epsilon\varsigma$, quod notat, si
color floridus appareat. Floridus autē hoc loco nihil aliud
sibi uult, quàm uiuidus, id est, ruber. Nam ut pallor mortis,
ita rubor uitæ index est.

Linea. 14

Apothepapia uti.) Exercitationis omnis peractæ pars ultima
ma est apothepapia, ceu dicas recreatoria. Nam corpus ex
purgat, & lassitudinem arceat.

Folio. 8 a Linea. 23

Corpus decoloratum.) Recte Paulus $\alpha\prime\ \chi\rho\omicron\iota\omicron\mu$, quod est colo
ris penuriam pro pallore. Sic etiam Latini dicunt, colo
rem amisit, pro eo quod est, ex palluit. Celsus libro
secundo, capite secundo: Vbi colorem decoremq; amisit,
pro pallidior euasit. Quæmadmodum e contrario coloratus
dicitur pro eo qui bono colore præditus est, eiusdem autho
ris testimonio.

Linea. 29

Smegmatis.) Impressis codex habet $\rho\upsilon\prime\ \mu\mu\alpha\sigma\iota$, manu scrip
tus $\rho\omicron\phi\eta\mu\alpha\sigma\iota$: utrunque absterforia medicamenta significat,
eoq; malui smegmatis uocabulo uti, quæ esset cõsius & expur
gandæ cuti accommodatum.

b. Linea 20

vincit.) Locutio hæc Celsi familiaris est, pro conducit, ex
pedit, bonum est, ut libro quarto, ubi de tusi agit: Post eam
uincit tum ambulare.

Folio. 10. b Linea 6

Aut uiticis.) Omnia exemplaria habent $\alpha\prime\prime\ \nu\epsilon\iota\varsigma$: Item uetus O
ribasii codex Longobardicis literis scriptus, agni quoq;
habet. Quum liquido conflet id medicamenti contra Vene
rem ualere. Copus legit anisi, qua ratione non uideo.

ANNOTATIONES

Folio. 13. a. linea 8

Melanthio quod facile paratur.) Sic quidem ad uerbum tra-
duxit, Oribasius autem habet: Idem etiam errhinon est, & fa-
cile inuenitur. Melanthio autem sæpe usi sumus, ut facile pa-
ratur, ad succum betæ referat.

Folio. 14. b. linea 9

Priuato.) Videtur hic aliquid desiderari. Nam quum supe-
rius nominum relatione usus esset, priuato nihil retulit. Ad-
de igitur & magistratui, si uideatur.

Folio. 15. a. linea. 19

Fugaces fructus.) Græce oporas est, quod signat omnia po-
ma per æstatem & autumnum prouenientia. Vocantur au-
tem fructus fugaces quod cito marcescant, nec diu possint
asseruari. cogantq; se uenundari. Hac etiam ratione Galenus
ωραία τῶν κερῶν πῶς uocari recte scribit. Plinius libro decimo
quinto, capite duodecimo id uocabuli usurpat, sic scribens:
Pomum innocuū expetitur ægris, pretiumq; singulis iam
triceni numi fuere nullius maiore: quod miremur, quia nō
aliud fugacius: longissima nanque decerpto bidui mora est
cogitq; se uenundari. Verum opora paulo latius patet quā
horæi, fructus, hoc est, ut Plinius exponit, tempestiuū aut fu-
gaces fructus. Lege igitur si mauis: Poma assatim assumere
noxium est.

Linea 36

Facilitate præditus meatuum.) Εὐδῆπιος dicitur, cui la-
tentes meatus non occlusi sunt, sed recrementa corporis p-
æros repurgantur, quemadmodum per aluum sterces: ueli-
cam, urina. At si meatus eiusmodi conuieant, cor statim
incenditur, fuliginosis recrementis intus remanentibus, un-
de febris origo est. Huic sententiæ assipulatur Oribasius:
Nam, inquit, qui ex laboribus non ægrotat frequenter,
is latentis pæros habet apertos, per quos humana natura
euaporat.

b. Linea. 10

Paululum dimoueri prius debent.) Omnia exēplaria Græ-
ca habet καὶ βαρῶν κινεῖσθαι πρὸς τὸ πορ. Forte legendū κινεῖσθαι
ut sit Paululum uacuare prius debent non dimoueri, ut ha-
betur. Oribasius enim ex quo Paulus ad uerbū hæc transcrip-
sit, de eadem re præcipiens, ita scribit: Qui igitur pletho-
nici sunt, balneum ingredi fricariq; debent: quanquam &

ANNOTATIONES.

evacuare eos modicum sanguinis prius oporteat: de motu nullam inter im mentionem faciens.

b. Linea. 25

Si inunctus sit.) Græce dictio est λιπαρός, hoc est pinguis, a λιπα deducta, qua oleum adipem, unguemq; omne Græci signant. Inde etiam λιπαρι emplastra Celso lenia dicuntur, libro quinto capite decimonono, quibus cera, aut resina, aut oleum, aut adeps, aut plura ex his, aut omnia miscentur.

b. Linea. 25

Et fortiter incēdat.) Hoc est cū impetu & uehementia, qua corpus ualide concutitur. hoc Græcis est αὐτοΐος.

Folio. 16. b. linea. 14

Medicamenta uero acriora hæc sunt.) Hoc est uehementiora & efficaciora, quæ locutio Celso non infrequens est.

Folio. 18. a. linea. 35

Bene habita, ualens.) Ex Teretio sumptum est in Eunuchorum. Nam si quæ paulo habitior est, Græce dicunt ὠρεαφής; bene nutritus, ad uerbum.

Folio. 19. b. linea 26

Itaque calida pulmonum.) Quoniam a calida temperie pulmonum disserere prius instituit author, addidi illud: Itaque calida pulmonum temperatura præditi: ad sententiam magis exprimendā ne temere quis me putet assuisse.

Folio. 20. b. linea. 8

Præcordia & uenter pilis uacant.) Vbicunque inueneris præcordia, Idem putato esse quod Græcis ὑποχολιδία. Sic Plinius, Celsus & Largus usurpat. Barbari illa uertunt.

Folio. 21. a. linea. 22

Næque ad actionem expediti sunt.) Quoniam de uenere hæc tantum uidetur agere, ratio est intelligere actionem ueneriam.

b. Linea 20

Horum calor exercitationibus.) Quia calorem exercitiis excitari & augeri dixit superius, uisum est ex Oribasio exercitationibus adiacere, forsan a librariis ommissum.

b. Linea 7

Aequinoctialium horarum.) Hoc est communium.

Folio. 22. a. linea. 31

Si semel radices egerit.) Hoc loco intelligat: Si semel orta

ANNOTATIONES.

fuerit, semel consistat. Græce est συση, quod alias non in eo
liganter uertimus, firmatum fuerit; sed hic propter sequen-
tem sententiam lenius accipiendum est.

b. Linea. 3 1

sanguis atra bile uitiosus redditur.) Celsus sanguinem atra
bile uitiosum uocat, quæ hoc loco Paulus μελαχολοικόν, iade
oque medici recentiores Latini melancholicum dicunt.

Folio. 24. b. linea. 34

Asparagus autem siccus.) Asparagi uocabulo nihil aliud sig-
gnat hoc loco quàm primum necdum in folia explicitum
earum plantarum germen, & quæcunque in oleribus pri-
ma ex terra prodeunt & uidentur, non tantum spinosi fruti-
cis summum cacumen quod edendo est, quodq; priuatim
cum tota planta asparagus ubique uocatur. Plinius cymæ uo-
cabulo asparagum, de quo Paulus hic tradidit, interpreta-
tur, de brassica sic scribens libro decimonono capite octa-
uo: Cymas a prima sectione præstat proximo uere, hic est
quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauli-
culus.

Folio. 25. b. linea 13

Chondrus egregie nutrit.) Sunt qui chondrum, ab alica dif-
ferre Pauli testimonio dicunt, sunt rursus qui idem utrūque
esse ex eodem authore asserant. Sed quum Paulus sæpe in
tertio libro ponat chondri cremorem, & alicæ cremorem,
in eisdem fere locis, haud dubie diuersas fruges intelligit.
Posit tamē sorbitio e chōdro facta, alica dici latine, ut quæ
ex alica fruge conficitur.

Linea 23

Inter panes firmissimus est siligineus.) Panes recenset eo
fere ordine quo Celsus, uerum ille siligineum quem Græci
dicunt σίλιγινον, circumlocutione exponit ex tritico, in
quiens, firmissima siligo. Similagineum, ex simila. Cui nihil
ademptum est, σίλιγον ἄμειον, quod triticum ipsum in eo totū
sit. Paulo idem σίλικον μίλον appellatur quasi omnia ex triti-
co continens. Cibarium ex Celso reddidi, quem Paulus σί-
λιγον, hoc est sordidum, aliiq; μύριον, id est furfuraceū ap-
pellant. Firmissimus, hoc est ualentissime alens, quod Græ-
ci σίλικον μίλον dicunt.

Folio. 26. a. linea. 28

Fructus fugaces.) Cur ita horæos uocauerim superius expō

ANNOTATIONES

ſui. Hoc autem notandum uenit, Plinium eos a tempeſtuitate, tempeſtiuos uocaſſe contra Galeni ſententiã, qui nõ ideo quod mature proueniant, ſed potius quod cito marceſcant, appellari *ωπυα* maluit. Latine ergo rectius fugaces dixeris. *Pomum* autem uoco, quicquid extrinſecus lignoſum non eſt. Celfus uuas, ficus, nuces, glandulas fructus ſurculorum eſſe ſcribit.

Folio. 27. a. Linea. 15

Muria conditã.) Ad uerbum hoc ſonat, quod Græci dicunt *halmadas oliuas*. Nã *αλμυ* *μυρια* uocatur latinis. Alii quod ſale condiantur ſic nuncupari cenſent. Non deſunt qui eaſdem *colymbadas* appellent, conuſa ambarum differentia. Paulus certe ipſas diſtinguit, quum inſinitã fere oliuarum conditurã habeantur teſte Palladio, & Columella. Dicitã autem ſunt *colymbades* inde, quod oleo ſuo purã hoc eſt ſi ne accerſita commendatione immatant, & quaſi urinabundã fluitant.

b. Linea 16

Tremula plus alimenti habent.) Hęc Græci *τρεμυτα* nuncupant. Sunt autem modice cocta, ut Galenus ait. *Hermolaus tenera* & *tremula* eadem eſſe dicit. *Sorbilia*. & ipſa mediocriter cocta ſunt. *Pnicta* uocantur quæ in aqua ſuffocantur demergunturque, a uerbo *πνιγω*. Quæ ſartagine friguntur. Hęc *τετ' αψ' ισα* Græce dicunt, deterrimi alimenti teſte Galeno.

Folio. 28. a. Linea 1

Quæ pedibus ſidunt.) *Pro inter animalium pedestrium carnes*. loquendi ratio ex Celfo petita, libro tertio. Ex his quæ uolũ ſidunt.

Linea. 20

Quæ uolatu nituntur.) Hoc eſt uolatilium: Celfus ſic loquitur.

Folio. 29. b. Linea 29

Molles piſces.) Hoc eſt qui molli cute præditi ſunt.

Linea 35

Cartilagineorum quæ ſelache.) *Selache* authore Plinio libro nono, capite uigeſimoquarto *Ariſtoteles* primus uocauit eos piſces qui pro ſpina cartilaginem habent. Eoſdem Plinius *planos* appellat.

ANNOTATIONES,

Folio.30.a Linea 21

Auſterum ſtomacho.) Græce eſt $\sigma\upsilon' \phi\omega\gamma$, quod ſonat aſtrum.
Gens. Galenus autem Methodi libro quarto auſterum id uo-
cat, quod $\sigma\upsilon' \phi\omega\gamma$ quoque Græce dicitur, libroq; duodecimo
auſtera uina uentrem roborare ſcribit, caputque inter om-
nia minime tentare, cæterû ad digeſtionem in corpus non
feſtinare.

Linea. 23

vermiculum.) Græce eſt $\kappa\iota\rho\rho\delta' \nu$, medius inter album
& uigrum color, non male rubens, & rubrum quis
dicat.

Linea 33

Deſipiunt.) Græce $\pi\alpha\rho\alpha\nu\omicron\varsigma\ \sigma\iota$, melius hic quadrat mente a-
lienantur,

Folio.32.a linea 8

Cum muſto deferbuerint.) In uno exemplari Græce erat
 $\gamma\lambda\omega\kappa\omicron\upsilon\delta'$, hoc eſt muſtum: in aliis $\gamma\lambda\omega\kappa\upsilon$, qd eſt paſſum, eaq;
lectio magis placet.

Linea. 28

Syrmeſinos.) Hanc dictionem Galenus in commentario
in Hippocrate de articulis, his uerbis exponit. $\Sigma\upsilon\rho\mu\epsilon\sigma\ \mu\omicron\upsilon\delta'$
 $\Delta' \epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \lambda\omicron\gamma\ \omicron\iota\ \pi\alpha\lambda\alpha\iota\ \tau\alpha\varsigma\ \mu\epsilon\tau\iota\alpha\ \kappa\omicron\nu\omicron\varsigma\ \sigma\epsilon\iota\varsigma$, ei $\tau\epsilon\ \delta\iota\alpha\ \tau\omicron\varsigma\ \delta\iota\ \rho\alpha\iota\varsigma$,
 $\epsilon\iota\ \tau\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \delta\iota\ \epsilon\ \mu\epsilon\ \tau\omicron\upsilon\ \gamma\iota\gamma\omicron\nu\omicron\tau\omicron$, id eſt, Syrmefinos uocabant uete-
res mediocres uacuationes, ſiue per aluum, ſiue etiam per
uomitum fierent.